



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Gallia Vindicata, In Qua Testimoniis Exemplisque  
Gallicanæ Præsertim Ecclesiæ, Quæ Pro Regalia, Ac  
Quatuor Parisiensibus Propositionibvs A Ludovico  
Maimburgo, Alijsque producta sunt, Refutantur**

**Sfondrati, Celestino**

**[Ort nicht ermittelt], MDCLXXXVIII.**

4. Nestorij libri edicto Theodosij flammis cremati, eorum loco à Nestorij Clientibus Theodori Mopswesteni scripta varijs linguis evulgantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38277**

serat virus à Theodoro Mopswesteno Nestorius Chrysostomi quondam in Monasticis collega. Anno<sup>o</sup> CCCXXXI, Nestorij causa in Ephesina Synodo agitatur, & ipse cùm ne quidem adesse dignaretur quamvis vocatus, haeresis damnatus, ac Episcopatu exutus est: librl flammis addisti. Supervenit post quintum diem Joannes Episcopus Antiochenus jam olim Nestorio amicus, irāque in Cyrilum fremens, antiquā quippe æmulatione Alexandrinæ & Antiochenæ Sedis, ac recenti odio ob amici casum, p̄fertim quòd à Patribus expeſtatus non effet, pugnam instaurat, sublevatque Nestorium varijs in Cyrilum Patrēſque conjectis columnis; sed momentaneum solatium; quippe fraudes detecta, & Nestorius primō in Monasterium, tum in exilium ejectus, ubi lingua vernis exesā, solutoq; putredine corpore vitam absolvit, Joannes & ipse à Patribus damnatus, dejectusque, semper tamē ei mora pœnitendi data: nam & spes erat clementiā flecti posse; metus verò, ne si durius haberetur, totam Syriam desperatā veniā perverteret: responditque eventus, nam sequenti anno Joannes Nestorius, haeresique abjurata, cùm Romano Pontifice primū, mox cum Cyrillo in gratiam rediit, junctisq; dextris in Nestorium duxit.

IV. Anno CCCXXXV. Theodosius lege latā Nestorij libros, quibus haeresin propagabat, cremari jubet: at qui Nestorius studebant, Theodori Mopswesteni libros evulgant, Syriacā, Persicā, Armenicāque linguā conscriptos, quòd à pluribus legerentur. Theodorum pietatis & doctrinæ species, & ex ipsis veneratio celebrem reddiderant; at eodem, quo Nestorius veneno turgebat, imò à Theodoro Nestorius acceperat; ergò mutato solum nomine eadem pestis serpebat. Accensa, ut fieri amat partium studia, alijs Theodorum laudantibus, detestantibus alijs, quippe qui eosdem in Theodoro errores agnoscerent, alia quidem larvā, sed eodem vultu parique foeditate. Fuerat inter præci- puos Theodori, Nestorijque cultores Theodoreetus (a) Cyri Episcopus, vir pietate & doctrinā insigni, sed pari in Cyrilum odio, & cuius capitula instinctu Joannis Antiocheni confutaverat; sed tandem veritati cedens, & Nestorium, cuius amicitiam coluerat, detestatus est, & Cyrillo placatur, ut ex ejus scriptis apparet.

V. Anno

(a) Theodoret. ep. 1. ad Sperad. &amp; 83. ad Dioscor. &amp; l. 4. adu. Nestor.